

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XXXIII. Pœnitentia, quæ in Ecclesia Catholica agitur, est
Sacramentum à Christo Domino institutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

Sicutus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, id est DEO, quoniam videbimus eum sicut es; eum inquam, qui dedit nobis, ut Filii DEI simos; cum vero postea subiungit: Et sicutis, quia ille apparuit, ut precata nostra tolleret, loquitur etiam de DEO, qui in carne appareat dignatus est.

Secundo patet ex definitione Ecclesie: *Eva-*
rists in prima sua Epistola ex illo 1. Joan. 3. Vide-
bimus eum sicuti es, dicitur affirmat Dei substantiam à Beatis videri. Ipsilon Concilium Franco-
fondense in Epistola ad Episcop. Hilpaniæ, his
verbis afficit: Pradicamus eum (scilicet Christum)
DEUM verum, & vivum, & verè Filium DEI, ut
ad eum beatissimam visionem pervenire mereamur, in
qua es est eterna beatitudo & beatæ aeternitas. Probave-
rat autem ante medium Epistola ex illo 1. Joan. 3.
visionem hanc futuram esse DEI, sicuti es. Ad
hac Eugenius IV. & Concilium Florentinum Sef-
sione ultima in litteris Unionis, quæ ab universa
Synodo verè fuit recepta & subscrípta, sicut po-
stea fraudibus cuiusdam ex Græcis Patriarchis
Imperiorum Græcorum refūtavit: inter alia defi-
nunt eos, qui supposito baptizante, vel peracta
pennitentia in gratia decelerint, in cælum mox
recipi, & intruere clavis ipsum DEUM Trinum &
Unum sicuti es. Denique Benedictus XI. in qua-
dam Extravaganti, quam referunt Major in 4. q. 9.
ultima, & supplementum Gabrielis in 4. d. 4. q. 9.
2. art. 3. dub. 3. definit Animas defunctorum,
qui in gratia decelerant ante diem Judicij, ex vi-
sione clara & fruitione Dei, verè esse beatas.

Secundo ex Patribus plures quoque & magni
nominis idem nobis tradidérunt. Dionysius de
Celasti Hierarchiæ c. 4. Martialis in Epistola ad To-
lofanos cap. 27. Origenes 1. Patriarchon c. 5. Explan-
mans illud Ptol. 35. In lumine tuo videbimus lumen,
& Nazianzenus oratione 25. in fine, ubi sic ait: In
hoc igitur communem nomen (scilicet Dei) crede, &
prospere incede, & regna: atque hinc ad alterius vita
beatitudinem transib. Ea porro, ut mihi quidem vi-
detur, in expressore horum cognitione, ac comprehen-
sione sita est. Apud Patres vero comprehensio
pro clara Dei visione accipitur. Fuis tamen
Irenæus lib. 18 ca. 38. idem docet. Consentit Au-
gustinus Epistola 112. de videndo DEUM cap. 4.
& 8. quod enim in fine Epistole dubitat, An ab
Angelis DEUS nunc videatur, non obstat: de
omnibus enim beatis in Angustino dubium est,
num ante diem Judicij DEUM clarè inveniantur:
non tamen dubitat, an aliquando DEUS videtur
sit.

Exod. 13. Neque obstant alia S. Scriptura loca, Exodi
1. Tim. 6. 23. Non videbit me homo & vivet, & i. ad Tim. 6.
Lucem habitat, &c. quem nullus hominum videt, nec
videre potest. 1. Pet. 1. In quem desiderant Angelis pro-
spicere, ergo non respiciunt. præterea sunt aliqua
loci SS. Patrum, ut Chrysost. qui videtur negare
DEUM clarè videri. Pro responsive primo no-
tandum, quadrupliciter intelligenda esse illa loca
Scripturaræ, primo uenient DEI visionem com-
prehensivam; ita Chrysost. Hom. 14. in Joan.
Epiphani. August. Gregor. & Dionysius cap. 9.
de divinis nominibus. Secundo, quod DEUS non
potest videri oculo corporeo, seu phantasia natu-
rali, benè tamen videi potest intellectu. ita Aug.
Epist. 111. & 112. & Chrysost. Tertio, ut sit Deus
invicibilis virtibus naturæ, ita Epiphani. heresi 70.
Matt. 11. sed bene poterit videri per gratiam. Matth. 11.
Nemo novit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius
revelare.

Quarto, & est Durandi, quod intelligitur non

posse videri DEUM in hac vita de lege ordina-

ria, & Angeli desiderant prospicere, non quia

careant illa visione, sed quia nunquam fastidi. int:

imo ille locus est pro nobis, non enim desiderant

rem impossibilem: & illud Joan. 1. DEUM nemo

vidit unquam, *Uigenitus*, &c. Janserius explicat *Joan. 1. c.*

de comprehensiva visione; addit, quod nullus vi-

bus propriis viderit, ut posset primus Auctor aliis

enarrare, quæ viderat, & ibi commendatius Au-

tor prædicationis Evangelice.

Quintò, *Uigenitus*, qui est in finis Patris, ipse

enarravit; & notandum, quod licet DEUS sit infinitus,

tamen continetur sub ente, quod est objec-

tiū intellectus, ideo ex auxilio gratiae potest intellectus elevari ad videndum DEUM. Angelus

vero licet sit finitus, non tamen videri potest ocu-

lo corporeo, quia est extra latitudinem objecti

ipsius oculi, veluti neque sonus potest videri. De-

inde excusat Chrysostomum qui explicandus est

per alia loca, ubi negat DEUM videri, & addit

exactè vel perfectè, quod idem est ac dicere Deum

non comprehendendi, vide Sextum Senensem in Bi-

bliothece lib. 6. annos. 182. & Duran. in 4. dist. 35

C A P V T XXXIII.

Pœnitentia, quæ in Ecclesia Catholica agitur, est Sacramentum à Christo Domino institutum.

A pud plurimos ex Orientalibus ignotum est pœnitentia Sacramentum, cuius fieri nullus est usus, imo inter aliquas ex his nationibus no-

lunt relapsos à fide admissione, ad absolutionem & reconciliationem cum Ecclesia, etiam pœnitentes, ut olim Novatiani, & Montanistæ hereticæ faciebant. Probatur autem pœnitentiam, quæ agitur in Ecclesia Catholica, esse Sacramentum à Christo institutum.

Primo, ex potestate, quam Christus Dominus dedit Apostolis suis, & ipsorum Successoribus, ad dimittendū vel remittendū peccata. Matth. 18. Joan. 20. Quorum remissiū peccata, remis-

tuntur eis, & quorum retinuerūt, retenta sunt. Ita enim sine gratia Sacramenti fieri non possunt.

Secondo, ex omnibus requisitis ad essentiam Sacramenti, etiam juxta ipsorum hereticorum placitum. Enumerant enim octo requisita ad perficiam rationem Sacramenti, quæ oīne recentebimus. Primum est, ut sit signum externum. Hoc in pœnitentia Sacramento sunt actus pœnitentis, qui confiteruntur peccata sua, & Verba absolutionis: *Ego te absolvō*; hoc est, Remitto tibi pecca-

ta tua.

Aliorum requisitum, ut signum illud externum habeat mandatum à DEO. Tale habet pœnitentia ex Verbis Christi, Matth. 8. Joan. 20.

Tertium, ut mandatum hoc sit in novo Testamento. Etiam hoc certum est de Sacramento pœnitentiae, ut patet ex loco Joan. citato & ex Paul. 2. Cor. 5. Posuit in nobis verbum reconciliationis, & pro Christo legatione fungimur. Quorum enim datur Christus Apostolis absolvendi potestate, nisi etiam ut ea uterentur, quando opus esset, ju-

beret?

Quattuum, ut sit ritus perpetuus. Talis utique est pœnitentia Sacramentum, quod semper fuit, semperque durabit in Ecclesia usque ad finem mundi.

Quin-

Quintum, ut signo illi addita sit promissio gratiae Divinae. Et hoc manifestum hic est; Nam promissa peccatorum remissio magna est gratia *Ioan. 20.*

Sextum, ut sit promissio gratiae justificantis. Talis maximè est in hoc Sacramento post accep-
tum Baptismum: cum sine eo non detur in Ec-
clesia remissio peccatorum.

Septimum, ut promissio illa gratiae signo ali-
quo ex cetero adiuncta & vestita sit. Hoc in primo
requisito ostendit.

Octavum, ut ea promissio gratiae non tantum in genere annuncietur, sed etiam in particuliari singulis applicetur. Et hoc quoque manifeste sit in Sacramento pénitentia, ubi singulis pénitentiis legimè darur remissio peccatorum. Ex do-
ctrina ergo adhuc Hec icorum sequitur, Pénitentiam esse Sacramentum.

Deinde Testimonii Patrum Græcorum, S. Joannis Chrysostomus. Neque enim (inquit) solum cum vot regenerant, sed etiam postea condonandorum nobis peccatorum potestatem obnuntent, S. Cyrilus lib. 13. in *Ioan. cap. 56.* Duobus modis dicit remitti peccata à Sacerdotibus, ut Dei ministri per Baptismum, & pénitentiam. Theodoret. in *Epitome divinorum dec. e. oculi cap. de pénitentia* dicit: Sacrorum mysteriorum Baptismi, & Pénitentie figuræ fuisse in testamento veteri ablutiones, & sacrificia. Ubi non solum coangit Theodoreus Pénitentiam cum Baptismo, sed etiam utrumque, mysterium (qua voce Sancta-
menta nominari solent) appellat.

Tertio probatur ex fide & moribus totius Ecclesie Dei, que semper credidit & frequentavit hoc Sacramentum inter alia septem: ut restatur *Sacri Canones de pénitentia 33. q. 3.* E omnes Theologi 4. *Sentent. dist. 14.* Quæcandem omnia confirmantur auctoritate, & decreto SS. Conciliorum Florentini & Tridentini, illius in *Institutione Armenorum*: h. quis *Sif. 14. cap. 1.* & *Can. 1.* cuius verba sunt: Si quis dixerit in Ecclesia Catholica pénitentiam non esse verè & propriè Sacramentum, pro Fidelibus, quies in peccata labuntur post Baptismum, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum, anathema sit.

Hoc autem pénitentia Sacramentum necessaria requirit tres actus pénitentis, nimirum veram contritionem, confessiōnem, & satisfactionem, quibus accedit ex parte Sacerdotis actus abiolutionis, idque constat primo ex hijs Sacramenti propria essentia. Nam ad ea saltem d. o sunt necessaria, ut & in aliis Sacramentis: scilicet signum extēnum, & verbum prolatum: illud materia, hoc forma rationem haber. Materia in hoc Sacramento sunt actus pénitentis: forma sunt verba Sacerdotis, dicentes, Ego te absolvō.

Actus porro pénitentis ex natura rei debent esse tres: scilicet: Contritio seu dolor cordis de peccatis commissis; Confessio eorundem integra, ordinario Sacerdoti facta: & satisfactio pro pénitentis temporariis iudicis ob peccata commissa, & dimissa: aliqui esse pénitentia simulata, non vera.

Deinde probatur auctoritate omnium Theologorum lib. 4. *Sent. dist. 16.* quam confirmavit Concil. Florentinum in *Decretu de Sacramentis.* Et novissimum S. Concil. Trident. *Sif. 14. Can. 4.* cuius haec sunt Verba: si quis negaverit ad integrum & perfectam peccatorum remissionem requireti tres actus in pénitentia, quasi materiam pénitentia, videlicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, que tres partes pénitentia dicuntur: aut dixerit

Thom. à Iesu Oper. Tom. I.

dūas tan: um esse pénitentie partes, terrors scilicet in-
cūsos conscientia, agnitus peccato, & fidem acceptam
ab Evangelio, vel absolutione, qua credit quod sibi per
Christum remissa peccata, anathema sit.

C A P V T XXXIV.

Vñctio extrema verè est Sacramen-
tum Ecclesiæ.

Hec veritas etiam contra ipsos Orientales primo probatur ab auctoritate Scripturae sa-
crae, *Jacob. cap. 3.* ubi Apostolus ex doctrina Chri-
sti, de cura infirmorum scribit: *I confirmatur quis ex
vobis inducat Presbyteros Ecclesia, & orati super eum,
ungentes eum oleo in nomine Domini: & Oratio fidei
salvabit infirmum, & allevabit eum Dominus, & si in
peccatis sit, remittetur ei.* Hec verba omnes Sacri
interpretes hactenus de Sacramento Unctionis
extrema in eis excludunt.

Secundo, ex fide & observatione Ecclesie Dei,
qua à temporibus Apostolorum hactenus cre-
dit & docuit esse septem Sacramenta, inter quæ
etiam numeratur Unctio extrema. Et temperia
usu fuit eam Unctiōis hoc Sacramentum, ut
ex lequentibus testimonis claret.

Tertio, ex testimonio totius antiquitatis. Ita
enim D. Agustinus *Ser. 215. de Temp.* Quoties
aliquis infirmus supervenerit, *Corpus & sanguinem
Christi illi, qui agrotat acipiat: & inde corpusculum
suum ungat; ut illud quod scriptum est impletatur
in eo, Infirmitas aliqua &c.*

E: *lib. 2. de vñcti. Infirm. cap. 4.* Nec pretermittendum est illius Apostoli Jacobi preceptum: *Infir-
matur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesia &c.
Subiungit: Ergo sic roges dñe, & proteferi, sicut
dixit Apostolus Jacobus: immo per Apostolum suum Do-
minus.*

E: D. Hieron. in *Cap. 14. Osea, ad verba: Eterit Osea,*
quasi oliva glorie ejus. *Sanctum virum, inquit, &
conversum ad Dominum oliva fructifera comparat,
qua dicit in alio loco: Ego autem sicut oliva fructifera
in domo Dei. Cuius fructum sibi quinque sapientes Vir-
gines paraverunt: ex quo vulnerum mitigatur tumor,
languitia membra quiescent, in tenebris lumen accen-
ditur, unguntur in agone certantes.*

Praeterea D. Chrysostomus *lib. 3. de Sacerdotio*
cap. 6. Non modo, inquit, dum nos Deo regenerant,
sed & postea condonandorum peccatorum habent po-
testatem. *Infirmatur enim quis in vobis, advocet, &c.
ut antea Jacobus.*

Aniquior his Innocentius Papa 1. *Epist. ad De-
centium relata cap. Illud superfluum. dist. 95.* statuit
licere etiam Episcopo Unctionis Sacramentum
infirmis dispensare: quod Jacobus Apostolus
dumtaxat presbyterorum meminerit, ne oneraret
hac cura Episcopos solos.

In Concil. Niceno I. *Canone 69.* obiter fit
mentio benedictionis olei *Infirmorum.*

In Concilio Cabilonensi, quod habitum est sub
Carolo Magno *Can. 48. ira statutum legimus; se-
cundum B. Apostoli Jacobi documentum, cui etiam de-
creta Patrum consonant, Infirmi oleo, quod ab Episco-
pis benedicatur, à Presbyteris ungi debent. Sic enim ait:
Infirmatur quis &c. Non est itaque parvi pendenda
bujusmodi medicina, qua anima & corporis medetur
pangoribus.*

Post hæc tempora celebrarum est Concilium
Florentinum, in quo institutio Armenorum fa-
cta est, quæ in ea etiam continet doctrinam
de septem Ecclesiæ Sacramentis.

R. 3

Q. 12.